



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XXVII. Socrus Simonis curatur à febre. Matth. 8. Mar. 1. Luc. 4.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

340 DOCTRINA ET MIRACULA

dens apprehensâ ⁴ manu, ⁵ imperavit febrî,
 & ⁶ demisit eam febris, & ⁷ continuè sur-
 gens ⁸ ministrabat illis. " Febris nostra
 avaritia est, febris nostra ambitio est, fe-
 bris nostra iracundia est, &c. hæc ani-
 mum, illa corpus inflammat, &c.) Am-
 brof. " Sed dimittit febris quem tenuerit
 Christus.)

Ambr. 4. in
 Lucam.

Chryf. 8.

2: Cùm autem sol ¹ occidisset, omnes
 qui habebant ² infirmos variis languori-
 bus, ducebant illos ad eum, & ³ omnis ciui-
 tas congregata est ad ianuam, & ille sin-
 gulis ⁴ manus imponens curabat eos; exi-
 bant autem demonia à multis, clamantia,
⁵ quia tu es Filius Dei, & increpans ⁶ non
 sinebat ea loqui, quia sciebant eum esse
 Christum. " Populus negat quem dæmo-
 nes confitentur, ô peior Magistro Discipu-
 lorum hæreditas!)

Ambros.

3. Et ¹ diluculo valde surgens egressus
 abiit in ² desertum locum, ³ ibiq; orabat; &
⁴ persecutus est eum Simon, & qui cum
 illo erant, & cùm inuenissent eum, dixerunt
 ei, quia omnes ⁵ quarunt te, quibus ille ait,
 quia & aliis ⁶ ciuitatibus oportet me
 euangelizare regnum Dei, quia ideo mis-
 sus sum. " Abiit in desertū locum vt nos
 doce-

Euthym.
 hic.

doceret, si quando admiratione digna fecerimus, laudem ab hominibus fugiamus, & ab aliis segregari, Deo qui nobis beneficium contulit, gratias agamus, &c.) Euthymius. Simul iudicia Dei reuerere, qui discedit à requirentibus, nam & turba requirebant eum, & detinebant eum ne discederet.

4. Et circuibat totam Galilaam, predicans Euangelium² Regni, & sanans omnem³ languorem; & abiit² opinio eius, in totam Syriam, & secuta sunt eum turba multa, de Galilæa, & Decapoli, & de Hierosolymis, & de Iudæa, & de trans Iordanem. Vide quomodo & vnde colligat suos; & relinque Galilæam, & Decapolim, &c. & quidquid præclari habet mundus, vt eum sequaris.

XXVIII.

Tres reprehenduntur quod non vt oportuit sequi volebant Christum.

Matth. 8. Luc. 9.

1. **F**Actum est autem ambulanti-
bus eis in via, dixit quidam ad illum, ¹sequar te ²quocumque ieris. Dixit ei IESVS,
vulpes